

**Tibull 1,10**

**Krieg und Frieden  
und Liebe**

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?

Quam ferus et vere férreus ille fuit!

Tum caedes hóminum géneri, tum próelia nata,

tum brevior dirae mortis apérta via est.

An nihil ille miser mérui, nos ad mala nostra 5

vértimus, in saevas quod dedit ille feras?

Dívitis hoc vítium est auri, nec bella fuérunt,

fáginus adstábat cum scyphus ante dapes.

Non arces, non vallus erat, somnumque petébat

secúrus sparsas dux gregis inter oves. 10

Tunc mihi vita foret volgi nec trístia nossem

arma nec audíssem corde micánte tubam -

nunc ad bella trahor, et iam quis fórsitan hostis

haesúra in nostro tela gerit látere.

Sed pátrii serváte Láres: aluístis et idem, 15

cursárem vestros cum tener ante pedes.

Neu púdeat prisco vos esse e stípíte factos:

sic véteris sedes incoluístis avi.

Tum mélius tenuére fidem, cum páupere cultu

stabat in exígua lígneus aede deus. 20

Hic placátus erat, seu quis libáverat uvam,

seu déderat sanctae spíceae sarta comae,

atque áliquis voti compos liba ipse ferébat

postque comes purum fília parva favum.

At nobis aeráta, Lares, depéllite tela, 25

\* \* \*

hostiaque e plena rústica porcus hara.

Hanc pura cum veste sequar myrtoque canístro

vincta geram, myrto vinctus et ipse caput.

Sic pláceam vobis: álius sit fortis in armis

sternat et advérsos Marte favénte duces, 30

ut mihi potánti possit sua dícere facta

miles et in mensa píngere castra mero.

Quis furor est atram bellis accérsere mortem?

imminet et tácito clam venit illa pede.  
 Non seges est infra, non vínea culta, sed audax 35  
 Cérberus et Stýgiae návita turpis aquae;  
 Illic percussisque genis ustoque capíllo  
 errat ad obscúros pállida turba lacus.  
 Quin pótius laudándus hic est, quem prole paráta  
 óccupat in parva pigra senécta casa. 40  
 Ipse suas sectátur oves, at fílius agnos,  
 et cálidam fesso cómparat uxor aquam.  
 Sic ego sim, liceatque caput candéscere canis,  
 témporis et prisci facta reférre senem.  
 Intérea pax arva colat. Pax cándida primum 45  
 duxit aratúros sub iuga curva boves,  
 pax áluit vites et sucos cóndidit uvae,  
 fúnderet ut nato testa patérna merum,  
 pace bidens vomerque nitent — at trístia duri  
 mílitis in ténebris óccupat arma situs. 50  
 \*\*\*\*  
 Rústicus e lucoque vehit, male sóbrius ipse,  
 uxórem plaustro progeniemque domum.  
 Sed Véneris tum bella calent, scissosque capíllos  
 fémina perfráctas conqueriturque fores.  
 Flet téneras subtúsa genas, sed victor et ipse 55  
 flet sibi deméntes tam valúisse manus.  
 At lascívus Amor rixae mala verba mínístrat,  
 inter et irátum lentus utrumque sedet.  
 A, lapis est ferrumque, suam quicumque puellam  
 vérberat: e caelo dérípit ille deos. 60  
 Sit satis e membris ténuem rescíndere vestem,  
 sit satis ornátus dissolvísse comae,  
 sit lácrimas movísse satis: quater ille beátus,  
 quo ténera iráto flere puélla potest.  
 Sed mánibus qui saevus erit, scutumque sudemque 65  
 is gerat et miti sit procul a Vénere.

At nobis, Pax alma, veni spicamque tenéto,  
pérfluat et pomis cándidus ante sinus.

1 horrendus: schrecklich – proferre: hervorbringen – ensis, is m: Schwert – 2 ferus: wild – ferreus: aus Eisen – 3 caedes, is f: Mord – 4 dirus: schrecklich – 5 meréri: verdienen – 6 vérttere: drehen, wenden – 6 fera: wildes Tier – 7 divis, divitis: reich, kostbar – vitium: Fehler – faginus: aus Buchenholz – scyphus: Trinkbecher – daps, dapis f.: Speise – 9 arx, arcis f.: Burg – vallus: Pfahl; Verschanzung – 10 spargere: ausstreuen – grex, gregis m: Herde – ovis, ovis: Schaf – 11 foret = esset – 12 cor, cordis n: Herz – micare: zucken, zittern – tuba: Trompete – 14 haerére: hängen – latus, lateris n: Seite – 15 álere: ernähren – cursare: umherlaufen – tener: zart – 17 me pudét: ich schäme mich – priscus: althergebracht – stipes, stipitus m: Stock, Baum – 18 incólere: bewohnen – avus: Großvater – 19 melius (Adv.): besser – pauper: arm – 20 exiguus: winzig – ligneus: aus Holz – aedis, is f: Tempel; Pl. Haus – 21 placare: besänftigen – libare: opfern – 22 uva: Traube – spiceus: aus Ähren – sertum: Kranz – coma: Haar; Laub; Ähren – 23 votum: Gelübde, Gebet – compos alicuius rei: im Genuss, im Besitz einer Sache – libum: Opferkuchen – 24 comes: Begleiter – favus: Honigwabe, -scheibe – 25 aeratus: aus Erz – depellere: abwehren – telum: Geschoss – 26 hostia: Opfertier – hara: Schweinestall – porcus: Schwein – 27 vestis, is f: Gewand – myrtus f.: Myrte – canistra, orum: Körbchen – 28 vincire: fesseln, binden – 29 placére: gefallen – 30 sternere: hinstreuen, niederwerfen – favére: sympathisieren, unterstützen – 31 potare: trinken – 32 pingere: malen – merum (sc. vinum): unvermischt – 33 furor: Wahnsinn, Raserei – ater: schwarz, unheilvoll – accérsere = arcéssere: herbeirufen, kommen lassen – 34 imminére: drohen, bevorstehen – tacitus: schweigend – 35 seges, segetis f: Saat – vinea: Weinstock – 36 navita = nauta: Seemann – 37 illic: dort – percutere: durchbohren; schlagen – gena: Wange – urere: verbrennen – capillus: Haar – 38 pallidus: blaß – lacus, us m: Teich – 39 proles, is f: Nachkommenschaft – 40 piger: träge, faul – senecta = senectus: Alter – 41 sectari: immer folgen – ovis, is f: Schaf – agnus: Lamm – 42 calidus: warm – fessus: erschöpft – 43 candéscere: weiß werden – cani, orum: graue Haare – 44 priscus: alt, ehemalig – 44 referre: berichten – 45 candidus: strahlend weiß – 46 arare: pflügen – iugum: Joch – curvus: gebogen – bos, bovis: Rind – 47 álere: ernähren – vitis, is f: Weinrebe – succus: Saft – 48 fundere: ausgießen – testa: Scherbe, Krug – 49 bidens: Hacke – vomer: Pflug – nitére: glänzen – 50 situs, us: Moder, Schimmel – 51 lucus: Hain – sobrius: nüchtern – 52 plaustrum: Wagen – 53 calére: heiß sein, glühen – scindere: zerreißen – 54 perfringere: zerbrechen – fores Pl. Tür – 55 subtusus: etwas zerschlagen – 56 demens: verrückt – valére: stark sein – 57 lascivus: mutwillig – rixa: Streit – ministrare: bedienen, verschaffen – 58 iratus: zornig – lentus: langsam, ruhig – 59 lapis: Stein – quicumque: wer auch immer – 60 verberare: schlagen – 61 satis: genug – rescindere: zerreißen – tenuis: zart – 62 ornatus, us: Schmuck – dissolvere: auflösen – 63 quater: vier mal – 65 scutum: Schild – sudis, is f: Pfahl – 66 mitis: mild, sanft – 67 almus: nährend, gütig – perfluere: überfließen – sinus, us: Gewandbausch

### Tibull

- in Werken anderer augusteischer Dichter erwähnt, z.B. Ovids Klage nach Tibulls Tod: Amores 3,9
- zwei Bücher Elegien (Versmaß: elegisches Distichon), insgesamt 16 Gedichte
- Themen: Liebe (Objekte der Liebe: Delia, Nemesis, Marathus), z.B. Klage vor der Tür; Rivale; Untreue; Habgier – Krieg / Frieden – Lebenswahl: Militärdienst / Landleben – Geburtstagsgedichte: für Messalla; für Cornutus – ein Hymnus: für Apoll

cf. B. Schröder, Einführung in das Studium der lateinischen Literatur (2010), S.43-46. – Christoff Neumeister, Tibull (1986).